Nobilissime et amicissime domine

Tu qui jamdudum eo et eruditionis propria industria pervenisti, ut nemo credat discipulum olim meum fuisse, et dignitatis quo cum paterna merita, tum perspicacissimi aeternae memoriae Principis de matura juventute tua judicium ac placitum evexerunt, si in illo fastigio aulico privati hominis officia et adlocutionem supercilioso, ut fit, despicere nondum didicisti, sive adeo Brunonis tui meminisse non piget pudetque, non degeneris quidem illius, se judice mundi incola, sed cujus fatum ut patris tui memoria Baudianum, non videtur capax magnae felicitatis; ecce, pro antiquo jure familiaritatis ex veteri formula, sine ampliori verborum ambage, sine ulla circuitione,

Henricus Bruno Rector (si Dis placet) Scholae Rhenensis, Constantino Hugenio Const. Fil. Arausionensium Principi a Secretis S.P.D.

Hic mihi continuo umbraticus ille atque ignobilis, certe neutiquam heroicus titulus bilem in nasum concit; hic ego continuo quamvis nondum diu est quod hoc saxum volvam.

Semper ero Rector tantum? numquamne reponar,
Vexatus toties indoctae murmure turbae?
Discipulorum inter jussus plorare cathedras?

Henricus Bruno
Hornae 20. Jun. 1650.

S. M. 1. 1. No 197.

Sed quid ego hæc animo nequicquam ingrata revolvo?

animus mihi fuerat scribere epistolam bene longam sed inexspectatis primo Hulsij nostri, deinde Domini Heilersiegij adventis, tum repentinus hominis amici qui haec tradet, discessus manum movet de tabula. aliàs scribemus et latius et in antecessum, ne occasiones vel in puncto nos opprimant, vel incassum praeterlabantur. Vale, et ut uno verbo omnia dicam esto, quaeso, mei memor, memor actae nostrae aliqu[ando] pueritiae; incomparabili Parenti, cujus nunquam sine debiti cultus observantia meminisse soleo, quaeso commenda

Nobiliss.[t] et amiciss.[e] Dne

tuum omni nomine

Henricum Bruno[n]em
Illustris Scholae Rhenanae
p. t. Rectorem magnificum

...imo nequicquam ingrata vel
vel

...re epistolam bene longam
...Tulbij nostri, deinde Domini
...tum respectivus hominis
... discessus manum movet
...ribemus et latius
... occasionis vel in puncto
...ncassum praeterlabam
... uno verbo omnia dicam
... memor acta nom...
...e; incomparabi...
...m sine debiti cultus
...e soleo, quaeso com=

... et amiciss.^e D^ne

...m omni nomine

...cum Brunonem
...is Scholae Rhenanae
... Rectorem Magnificum

14

9

S. M. I. No 107.

Henricus Bruno
Hornae 20. Iun. 1650.

S. M. 1. 1. No 107.

© British Library
Add MS 22953, f. 13-14
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0507

Mijn Heer

Mijn Heer Huygens,

Secretaris van Syne

Hoogheijt

door Vrindt. In 's Gravenhaeghe

© British Library
Add MS 22953, f. 13-14
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0507